



**Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen
Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark
Brandenburg**

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1862

CXIX. Gebhard von Alvensleben, Knappe, übergibt dem Kloster Diesdorf mit seinen Töchtern Adelheid und Elisabeth das Dorf Mellin, am 15. März 1360.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55716](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-55716)

CXIX. Gebhard von Alvensleben, Knappe, übergiebt dem Kloster Diesdorf mit seinen Töchtern Adelheid und Elisabeth das Dorf Mellin, am 15. März 1360.

Ego Gheuehardus famulus dictus de Aluenfleue ad vniuersorum presentes litteras intuentium noticiam cupio lucide peruenire, Quod cum pleno consensu et voluntate domini Gheuehardi patris mei et Henrici fratris mei necnon omnium meorum heredum et amicorum dimisi et dimitto per presentes . . . Preposito . . . Priorisse et toti Conuentui sanctimonialium Monasterii in Dyftorp vna cum filiabus meis Elyzabeth et Alheyde totam villam Mellyn cum omnibus et singulis redditibus suis et prouentibus vniuersis, cum aduocatia necnon cum omni Jure supremo et infimo ac seruicio reali et corporali, In agris cultis et incultis, pratis, pascuis, siluis, aquis et aquarum decursibus, in omnibus et singulis predictae ville attinentiis, quemadmodum ipsam vsque in hodiernum diem habui et possedi, pacifice, quiete et sine omni perturbatione et offensa perpetuis temporibus possidendam, Que soluet annuatim in certis redditibus Octo chpros auene, duo talente denariorum Luneborchenfium et quinquaginta pullos fumigales. Volo etiam in vera fide mea appropriatione prefate ville Mellyn et suorum reddituum, prouentuum et attinentium omnium sub meis expensis et laboribus, antequam predictae mee filie Elyzabeth et Alheydis in predicto Monasterio Dyftorp vestiantur, ordinare, quod promitto per presentes. Vt autem vniuersa et singula premissa firmiter teneantur, prefatus dominus Gheuehardus pater meus et Henricus meus frater, Bodo, Johannes et Hempo fratres dicti de Knefbecke sigillis suis vna mecum sub annis domini M^o. CCC^o. LX^o., Dominica, Qua cantatur Letare, presentes litteras sigillarunt.

CXX. Die Markgrafen Ludwig der Römer und Otto schenken dem Kloster Diesdorf eine Hebung aus dem Dorfe Mellin, am 24. März 1360.

In nomine domini amen. Ad perpetuam rei geste memoriam, Nouerint vniuersi et singuli tenorem presencium inspecturi et audituri, Quod nos Ludowicus Romanus et Otto fratres, dei gracia Brandenburgenses et Lusacie Marchiones, Sacri Romani Imperii archicamerarii, comites palantini Reni et bauarie duces, volentes et cupientes cultum diuinum, quantum possumus, ampliare, in remedium salutare animarum antecessorum nostrorum, olim Marchionum Brandenburgensium, ac etiam progenitorum nostrorum bone memorie, nostre, heredum et successorum nostrorum dedimus et donauimus, damus et donamus meliori modo et forma, quibus fieri poterit, solempniter deliberato animo et maturo consiliariorum nostrorum consilio precedente ex certa sciencia et non per errorem deo dicatis et deuotis virginibus priorisse, sanctimonialibus et toti conuentui claustri dyftorp ordinis sancti augustini verdenfis dyoecesis proprietatem quinque marcarum puri argenti annuorum reddituum sitarum in villa Mellyn infra limites et distinciones ville eiusdem cum pachtu et censu, cum omnibus honoribus, fructibus, vtilitatibus, prouentibus, agris cultis et incultis, pratis, pascuis, lignis, paludibus ac rubetis, cum Iurisdictione et Iudicio supremo et in-